

*N. 26.***REVERENDISSIMO AC SPECTABILI****DOMINO MICHAELI HASCHKE****INGENUAE ET EXEMTAE ECCLESIAE AD S. PETRUM BUDISSINAE
CANONICO CAPITULARI CANTORI****ANNUM QUINQUAGESIMUM IN MUNERE****SACERDOTALI PERACTUM****PIE GRATULATUR****CLERUS DIOECESEOS BUDISSINENSIS****DIE XXIX. SEPTEMBRIS ANNI MDCCCLII.***duet. Pech.*

BUDISSAE**TYPIS C. TH. HIECKII**

UNIVERSITÄT ZÜRICH

DOMINIO MEDICINAE

INSTITUT FÜR ANATOMIE UND PHYSIOLOGIE

LEHRSTUHL FÜR ANATOMIE

VERGLEICHENDE ANATOMIE

PROF. DR. MED. H. G. H. G.

ANATOMIE DER HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

HAARHAARE

Jubilare Deo Ps. 99.

Est Deus omnipotens qui salvat cuncta creata,
 Præbet larga suis dona videre piis,
 Conservat vires seram quoad usque senectam,
 Robore et infracto tunc animum vegetat
 Sectantis pedibus tutis vestigia recta.
 Vires, vita, decus, dona caduca ruunt;
 Gaudet thesauris sapiens, sibi quos cumulavit
 In cælis, laudes hinc tribuit Domino.
 Insita spes cordi, vitam progignere vitam; —
 Nil perdit Dominus: — sic latet in silice
 Scintillæ parvæ vis, cusaque viva resurgit.
 Stamus et in petra plus solida silice;
 Petra hæc est Christus, qui Patris Filius almi
 Verus vera docens, dux, via, vita, salus,
 Inque Deo cum quo nunc nostra recondita vita;
 Quando apparuerit gloria magna Dei,
 Ipse suos secum ducet cum gloria ad astra;
 Sic benedictus homo, cui timor est Domini.
 Est Deus omnipotens, dilecte o Nestor alacris!
 Cujus salvavit dextera **Te** valida,
 Duxit **Te** juvenem, duxitque virum, seniosem
 Et ducat, tacito dum pede vita fugit.
 Jam sunt lustra decem, quando unctus chrismate sancto
 Primum aram scandis sacrificasque Deo,
 Hostia ubi Christus, Christus simul estque sacerdos;
 Suave jugum Domini tollis et officia.
 In messem Domini jam dudum rite vocatus
 Sic habuit primo Crostwica **Te** vigilem

Cultorem, divum sevisti semen ibidem
 Per triginta duos auxiliante Deo
 Annos, floret ibi templum Domini renovatum,
 Ornatum curis usque nitetque **Tuis**.
 Quid juvat ex saxis nitide sed condere templa?
 Aedes terrenæ sunt, bene corda quidem
 Attollunt populi tritis a rebus ad altas,
 Sæcula perdurant, astque caduca manent.
 Plus pretiosa vigent terrenis vivaque templa,
 Quæ sunt regna Dei, quæ Deus ingreditur:
 Templâ pii populi sunt hæc præcordia fida.
 His operam dabas sicuti præco bonus,
 Inserit in sacro veræ qui fonte novellas
 Viti, qui lapides, surgat ut aula Dei,
 Vivos electum supra Lapidem bene adaptat,
 Qui probus ut pastor jam veniente die
 Invigilat gregibus, vigilat jam nocte cadente,
 Visitat infirmos, æthere cum placido
 Tum pluvio solers mysteria fert moribundis,
 Conciliat Domino, qui tulit ipse nefas
 Nostrum, morte sua dum crimina nostra piavit.
 Servisti Domino villicus hocce modo
 Reddendæ quondam memor assiduus rationis
 Quinquaginta annos: jam renovas hodie
 Debita vota Deo, cui dona litas sacra grato
 Corde, **Tibi**que die prospera quæque **Tua**
 Et nos optamus, sincero corde precamur,
 Ut Deus hancece diem sæpe **Tibi** revehat;
 Obvia circumdet **Te** obeuntem cœlica turba
 Suscipiatque suis **Te** manibus Dominus.